



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

I. König Otto III. schenkt der Abtei Quedlinburg die Orte Poztupimi und Geliti auf der Insel Chotiemvizles im Havellande mit dem Rechte der Veräußerung dieser Besitzung, am 3. Juli 993.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

XXVIII.

Stadt Potsdam.

- I. König Otto III. schenkt der Abtei Quedlinburg die Orte Poztupimi und Geliti auf der Insel Chotienuizles im Havellande mit dem Rechte der Veräußerung dieser Besizung, am 3. Juli 993.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto, diuina fauente clementia rex. Omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum piae deuotioni pateat, Quemadmodum nos ob interuentum et uotum dilectae auiae nostrae Adalheidis, uidelicet imperatricis augustae, nec non et petitionem fidelium nostrorum hildibaldi uuormacienfis ecclesiae uenerabilis episcopi, Eggihardi marchionis, Geronis marchionis et liutharii comitis carae amatae nostrae mathhildi, scilicet quitiliniburgensis ecclesiae honorabilis abbatissae, dedimus de nostra proprietate duo loca, Poztupimi et Geliti dicta, in prouincia Heuillon uocata et in insula Chotienuizles sita, atque eadem loca cum omnibus utensilibus ad ea rite pertinentibus in manicipiis utriusque sexus, areis, aedificiis, terris cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, siluis, uenationibus aquis aquarumue decursibus, piscationibus, molendinis, uinis et inuis, exitibus et reditibus quae sitis et inquirendis cunctisque aliis appenditiis, quae adhuc dici possunt, a nostro iure in suum ius perpetuo habenda transtulimus. Ea uidelicet ratione, ut eadem iam dicta mathhild amabilis abbatissa, cara amita nostra, de praefata proprietate sibi a nobis tradita liberam de hinc faciendi quod uelit potestatem habeat, sine eam tradere uel commutare aut uendere seu magis sibi retinere uoluerit. Et ut haec nostra donatio praesenti ac futuro tempore firma consistat, hoc praeceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione signare iussimus manuque propria ut infra uidetur corroborauimus.

Signum domni Ottonis gloriosissimi Regis.

Hildibaldus episcopus et cancellarius
uice uigiligi Archiepiscopi recognoui.

Datum V. nonas iulii, Anno dominicae incarnationis DCCCCXIII iudict. VI, Anno autem tertii ottonis regnantis decimo. Actum Merfaburg feliciter.

Nach dem im Geh. Staats-Archive befindlichen Originale 489.